

Albrecht Joachim Krakevitz von

Pro-Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Joachim. von Krakevitz ... Ad Exeqvias, Qvas Viro Illustri, Muneris Ac Virtutum Amplitudine Fulgidissimo, Dn. Henr. Rudolpho Redekero, Ducum Megapolitanorum Regentium Christiani Ludovici Ut Et Friderici Wilhelmi Glorios. record. Consiliario Aulico Spectatissimo ... Møestissima Vidua parat, hodie frequenti comitatu cohonestandas Omnes omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat

Rostochii: Literis Joh. Wepplingi[i], [1716?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1797147919>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Privatrecht-Programme,
meist Forderungen in dazujen bürgerl. Familien betr.

(Zinsvertrag in nobilitierten Familien:


Nettelblatt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann
i. O.)

82 Stücke

Mklb Gen - 40
2/3 II

9/1
Hain.
1833.





Handwritten numbers on the right edge of the page, including 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30.


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Isabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Panben. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Prehn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schoepffer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mattheus. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Töppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.
72. Weiß, Gottfried. 1697.
73. Wetken, Johann Georg. 1716.
74. Wilde, Joachim. 1737.
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.
81. Zaidler, Johannes. 1727.
82. Zinck, Johannes. 1732.



N. 4.

36.

PRO-RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

ALBERTUS JOACHIM. von Grafeviß /

S. S. Theol. Doct. & Prof. P. Serenissimi Ducis Mecklenb. Regnantis Confil. Eccl.
& per Diffr. Meclenb. Superint. Fac. Th. Sen. ejusdemq; hodiè Decanus.

AD EXEQVIAS,

QVAS

VIRO ILLUSTRİ, MUNERIS AC VIRTUTUM
AMPLITUDE FULGIDISSIMO,

DN. HENR. RUDOL-
PHO REDEKERO,

DUCUM MEGAPOLITANORUM REGENTIUM

CHRISTIANI LUDOVICI

UT ET

FRIDERICI WILHELMI

Glorios. record.

Consiliario Aulico Spectatissimo, Hæreditario
in *Gotrams & Scharstorff* /

Moestissima VIDUA parat,

hodie frequenti comitatu cohonestandas

*Omnes omnium Ordinum Cives Academicos,
Literarum Fautores & Cultores studiose
omniqve humanitatis ratione
invitat.*

R O S T O C H I I,

Literis JOH. WEPPLINGI, SER. PR. & ACAD. Typogr.

UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS
PRO-RECTOR

ALBERTUS JOACHIMUS

S. S. Theol. Doct. & Praef. P. Serenissimi Ducis Mecklenburgi Regni Consil. Secul.
& per Distr. Mecklenb. Superior. Tac. P. M. Sen. ejusdem Regni Decanus

AD EXEQVIAS
QVAE

VIRO ILLUSTR. MUNERIS AC VIRTUTUM
AMPLI TUDINE FULGIDISSIMO.

DR. HENR. RUDOL-

PHO REIDEKERO,

DUCUM MEGAPOLITANORUM REGENTUM

CHRISTIANI LUDOVICI

UT ET

FRIDERICI WILHELMII

Glorios. record.

Consilario Aulico Spectabilissimo, Hereditario
in Borussia & Brandenburg.

Mocillima VIDUA parat,

hodie fierent comitari honorandis

Omnes omnium Ordinum Cives Academicos,
Literarum Fautores & Cultores, sicut
omninoque humanitatis ratione
invitat.

R O S T O C H I I,
Lithis Joh. Weyringel, SER. PR. & ACAD. Typogr.





Vamvis supremus hujus U-

niverfi Moderator Reges atque Principes suos in his terris constituerit Vicarios, neutiqvam tamen voluit, ut solis illis regnandi incumberet onus, potius ubivis terrarum suscitavit viros prudentes æque ac fortes, à quibus consilia & subsidia peti queant paratissima.

Nimis proinde erga semetipsum severus quondam erat Moses, dum omnem populi Israëlitiçi curam solus in se susceperet, à Jethrone Sacerdote suo, rem istam curatius pensitante meliora edoctus, quæ Exodi XVIII. leguntur: *Non est bona hac res, qualem tu facis. Emarcescendo emarcesces cum tu, tum populus hic, qui est tecum: nam gravis est hac res supra te, non poteris eam prestare solus.* Optimum itaque suppeditabat jethro Mosi consilium: *Esio tu, inquit, populo à causis ad DEum pertinentibus, ut adferas res ad DEum. Et commonescias eos de statutis & legibus; & notam eis facias viam, in qua ire debent, & opus quod facere debent. De cætero tu circumspicies ex omni populo viros cordatos, ridentes DEI, viros veritatis, odientes lucri, ponesque super eos principes millium, principes centenorum, principes quinquagenorum & principes decadum, ut judicent populum omni tempore: ita quidem, ut omnem rem gravem adferant ad te, omnem autem rem minorem judicent ipsi: Devolve ergo onus à super te, ut portent tecum.* Quod consilium Moses nequaquam sprexit, sed potius sine omni mora confestim in suum convertit usum. Imo ipse DEus consultius id Mosi duxit, quare juxta Num. C. XI. De Spiritu Mosi sumpsit & super septuaginta Seniores posuit, ut una cum Mose onus populi portarent. Reperiuntur quidem nonnunquam inter Principes, quibus tanta est in rebus circumspiciendis solertia & tam exacta gravissimorum consiliorum, quibus clavum regiminis, in quam volunt partem, facillime torquent, promptitudo & perspicacitas, ut supra communem mortalium sortem elati, parum admodum aliorum administra indigere videantur opera; prudens tamen Princeps, quamvis ingenii acie & promptitudine plurimum valeat, nunquam detrectabit, eorum, quorum fidem jurejurando sibi adstrinxit & plurimis documentis probatam habet, prius cognoscere sententias, quam quid decernat; probe intelligens, quod plurimum oculi plura videre queant, quam unius. Interim ex hactenus allatis facile colligere datur, Principum adstare dextris, iisdemque talia suggerere, per quæ ipsis ipsorumque terris salus eveniat, rem esse ponderosioris momenti. DEus est, qui suis exornat homines donis, quique Spiritum sapientiæ & prudentiæ illis largitur, quos ad res magnas gerendas ante jacta hujus universi fundamenta destinavit: Unde caute omnino procedendum, quoties ad secretiora, quæ propriam non minus quam communem concernunt

Uernunt salutem, consiliarios eligere intendunt Principes; si-
quidem Spiritus Dei, absque quo vana sunt omnia consilia,
non in quovis reperitur. Quod Pharaon quondam, de di-
vinis Josephi virtutibus certior factus, probe pensitans suos
hunc in modum allocutus est servos: *Num inveniemus, sicut
hunc, virum, in quo Spiritus DEI sit.* Et profecto, qui in
Magnatum hujus seculi aulis inclarescere cupiunt, illorum est,
ut mature easdem frequentent. Verè siquidem cecinit, quis-
quis etiam Autor fuerit:

Aula quid est! splendor mundi: fastigia vite:

Res videt aula graves Marte, Togaque geri.

*Prima, Timere Deum, sit lex; agere, altera,
recte.*

Tertia, mercedem, dum datur, accipere.

Quarta, favori adeò nunquam confidere herili,

Huic simul ut credas corpus, opesque tuas.

Rectius enim sibi consulunt, quando studiorum suo-
rum praxin & usum in Cancellariis Regum & Principum co-
gnoverunt. Modo optandum, ut à juvenibus selectus ha-
beretur & ejusmodi frequentarentur aulæ, qualis quondam
fuit *Philippi Julii Ducis Pomeraniæ*, de qua legisse memini,
quod fuerit *Dei templum, Prudentia oculus, libra Justitia, Forti-
tudinis sedes, regula Temperantia, Honestatis exemplar, Charitatis
splendor, Fons Gratiarum, Musarum Chorus, Oratorum Poëtarum-
que Gymnasium, omnium Facultatum Sacrarium, Prudentum Se-
natus, Ingeniorum somentum, Literatorum primum, Pauperum men-
sa, Bonorum spes, Innocentium refugium & Miserosum presidium.*
O felices! quibus in ejusmodi aulis adolescere contingit, præpri-
mis si Deum timeant, & virtutum amore accensi, ea tantum
quærant, quæ justa, quæ honesta, quæ salutaria dici me-
rentur; per tales siquidem Viros multorum commoda &
emolumenta promoveri possunt, si à Principibus in cura-
rum partem assumpti fuerint. Merentur quoque singu-
larem amoris & gratiæ affectum. Unde in eorum salute
atque incolumitate rerum suarum successum & prosperitatem
verti non immerito agnoscunt, qui ipsorum utuntur consiliis.
Testem adduco Micipsam Regem, qui ipsa experientia confir-
matus dixit: *Non exercitus neque thesauros presidia regni esse,
sed amicos & consiliarios.* Hæc præfari volui, *Cives Optimi,*
dum hodie funus Vobis intimandum est Illustris Consilarii Au-
stici, Domini HENRICI RUDOLPHI REDEKERI, Hæ-
reditarii

reditarii in **Potrams & Scharstorf**/cujus merita tanto extantiora fuerunt, cum Parens ipsius per plures annos Consiliarius exercitatissimus omnem, ut rectè institueretur, impenderit curam atque operam, inque aulis Imperatorum, Regum & Principum ad altiora eundem provehi sollicitè curaverit. Quæ omnia vitæ ipsius curriculum, quod ob negotiorum copiam & facundiæ inopiam rudi hic repræsentamus Minerva, pluribus enarrabit. Prodiit in hanc lucem Vir Excellentissimus Anno supra millesimum sexcentessimum quinquagesimo octavo, die 7. Decembr. & quidem hic Rostochii ex Perillustribus & Splendidissimis Majoribus. Patrem etenim veneratus est Virum Perillustrem, Excellentissimum, atque Consultissimum DN. HENRICUM RUDOLPHUM REDEKERUM, Juris - Consultum Consummatissimum, Antecessorem hujus Universitatis Famigeratissimum, qui à consiliis non tantum fuit Potentissimo Danorum Regi, sed Duci quoque Mecklenburgico Sverinensi, à quo dignus Judicatus fuit, ut secretioribus & Ecclesiasticis consultandis negotiis adhiberetur. Vir antiqua virtute & fide, non tam alienis, quam propriis meritis inclytus, quem Serenissimi Principes ac Domini, terras Mecklenburgicas tunc temporis Regentes, **DN. CHRISTIANUS LUDOVICUS & DN. GUSTAVUS ADOLPHUS,** æternæ famæ ac memoriæ Duces, magno habuerunt in pretio. Matrem nactus est Nobilissimam omniumque virtutum apparatu exquisitè instructam, DN. MARGARETHAM Schützen. Avum Paternum salutavit DN. CHRISTOPHORUM REDEKERUM, Civitatis Osnabruggensis insigne quondam decus. Avia Paterna fuit CATHARINA Sandmands / Fæmina omnibus probatissima. Avum Maternum habuit DN. DAVID Schütze / Ducis Mecklenburgici t. t. Regnantis Quæstorem Provinciale & Præfecturæ Svanensis Toparcham, Virum de Ducatu Mecklenburgico optime meritum, cui sancto conjugii fœdere juncta fuit B. nostri Avia, Matrona DN. SOPHIA ARNHEIMS, omni virtutis splendore conspicua.

His Illustribus, Splendidis atque pientissimis Beatus noster Consiliarius genitus est parentibus, qui, dum ex ipsa sua nativitate peccati originalis sordibus commaculatus in hanc prodiisset lucem, per purissimum regenerationis lavacrum purgatus, gratum & acceptum extitit Ecclesiæ Christianæ membrum. Ne vero amitteret jura divinæ filiationis in baptismo ipsi collata, laudatissimus ipsius Parens omni cum cura & industria eundem educari voluit,

B

qua-

quapropter teneriorem ipsius ætatem formandam privatis commisit Præceptoribus, sub quorum manu ductione primis solidisque pietatis & optimarum scientiarum fundamentis imbutus, optimos fecit progressus, moresque ad honestatis & decori regulas apprime componere feliciter assuetus, haud neglexit illa corporis exercitia, quibus sibi & aliis aliquando prodesse poterat, quæque mirum in modum eos commendare solent, qui in publico versari variaque subire negotia tenentur. Quamprimum vero Latinitatis fundamenta eo excreverant, ut realium scientiarum succum gustare & dignoscere valeret, ipse suam addidit institutionem Dulcissimus Genitor, & Lectissimo suo Filio præcepta Ethices atque Politices instillavit solertissimè, quibus probe perspectis, ad altiora Eundem manuduxit & ipsa Jurisprudentiæ fundamenta solide & accurate Eidem exposuit, haud contentus, ut rectè agendi faciendive regulas mente apprehenderet Filius, sed ut easdem idem rectè applicare & prudentiam Politicam mature sibi comparare assuesceretur, quoties publicorum negotiorum causa ex mandato Serenissimi Ducis ac Domini sui itinera suscipienda erant, Natum huncce suum sæpius in via comitem adscivit; quod etiam contigit Anno millesimo sexcentesimo septuagesimo quinto, cum *Luneburgi* dies circularis solennis egregiam præberet occasionem observandi ea, quæ Viros decent Politicos ad Rerumpublicarum gubernacula cum die & DEO admovendos. Atque sic B. noster, cui mens erat discendi cupida, ingeniumque non minus ad capiendam, quam ad capta reservanda aptum, Jurisprudentiæ & Politices studio tanto cum ardore & successu invigilavit, ut anno millesimo sexcentesimo septuagesimo nono dignus judicaretur, qui peregrinas inviseret terras. Haud enim sufficit Politices studioso, patrios noscere mores, sed aliorum quoque populorum ac nationum consuetudines, ritus, jura ac placita studiosè iunt perquirenda, ut, si quidquam ex iis in nostrum aut concivium nostrorum usum convertere, nostrosque mores emendare possimus, lubentissimo id præstemus animo. Eum in finem Optimus B. nostri Parens Natum suum dilectissimum die 30. Aprilis à se dimisit & quidem amico haud vulgari stipatum, siquidem officium sodalis Eidem præstabat Vir Nobilissimus atque Consultissimus DN. CHRISTOPHORUS WIEGERS, J. U. Licentiatus Dignissimus, à quo optima quæque officia REDEKERUS noster sibi promittere poterat certissima. Parens vero animo probe deliberato hocce ceperat consilium, quo absolutis peregrinationibus tantæ spei Filius, se adhuc vivente, rebus agendis admoveri & ab ipso tanquam Veterano eodemque exer-

exercitatissimo Consiliario eo melius instrui ac perfici posset. Haud latebat REDEKERUM nostrum saluberrima hæc Optimi Genitoris intentio, quapropter sine omni mora se omnium primo contulit in Hollandiam ejusdemque celeberrimum salutavit emporium Amstelodamum, idque adspexit d. 14. Maij. Cum vero commercia literaria ipsi unice curæ cordique essent, haud diu ibidem hæsit, majori itaque Lugdunum Batavorum visendi cupidine accensus, eo concessit, & per quinque menses illic vitam degit. Gratulatus sibi fuit impense *ὁ παναξιός*, quod in celeberrima hac Mularum sede, uberiora in studio Juridico incrementa acquirere eademque ex ore incomparabilis Jcti, Domini BOEKKELMANNI haurire potuerit. Interea, quantum studiorum ratio permisit & reliquas celebriores Hollandiæ urbes accessit, omniaque notabilia quam accuratissime observavit.

Quodsi fata idem voluissent, quod vota, ex Hollandia noster transisset in Angliam, ast graviori morbo impeditus mentem mutare necessum habuit, præprimis cum Medicorum consilia iter Anglicanum quam maxime dissuaderent, aërem vero Gallicanum Nostro multo faventiosem judicarent, adeoque octavo mensis Octobris die per *Belgium Hispanicum, Antwerpia & Bruxellis* potissimum lustratis, recta *Lutetiam Parisiorum* petiit, ibidemque per integrum instantis brumæ tempus esse volupe erat. Egregiam jam nactus erat occasionem proficiendi in omni elegantiori Literatura mentemque suam locupletandi ex quotidiana cum viris Politissimis conversatione, præprimis cum ipsam Potentissimi Regis Galliæ aulam in Fano sancti Germani, iteratis frequentandi vicibus haud denegata fuerit facultas, visis insuper reliquis regiis Palatiis, haud procul à sede Regia magnifice & ad stuporem usque gloriosa exstructis, ut vel ex sola istorum externa facie divinari potuerit, quanta fuerit Potentissimi istius temporis Monarchæ Majestas. His omnibus accurate lustratis, REDEKERUS noster Anno proximè sequenti, seculi illius octogesimo, die sexto mensis Maji, Lutetiis Aureliam profectus est, quæ Regis ex fratre nepoti nomen Ducis Aurelianensis, *Duc d'Orleans*, indere suevit. Dignum memoratu est, quod hæc ipsa Urbs & Nostro peculiare conciliaverit nomen, nimirum *Procuratoris Nationis Germanorum*. Omnes etenim ex Germania in Gallia hospites Aureliæ t. t. degentes, unanimiter Beato nostro istum detulerunt honorem, ut hoc titulo ab ipsis insigniretur. Qua tamen dignitate nequaquam elatior factus, potius quotidie novos sibi mira sua humanitate & comitate devinxit amicos & virtutum suarum admiratores. Factum inde, ut ad ipsius ex hac urbe discedentis societatem

acceserint Clarissimorum Germanorum peregrinantium haud pauci, qui una cum ipso iter circa *Ligerim*, quam Galli *le petit tour* vocare solent, absoluerunt, ex qua die vigesimo quarto Octobris Lutetiam rediit, & quidem eo consilio, ut per integrum ibidem adhuc subsisteret annum, seque tam in lingua Gallica, quam aliis corporis exercitiis perfectiorem redderet. Illo ipso tempore jam animo suoolvebat, quomodo dehinc in Angliam, Italiam & Germaniam, ante sui in Patriam reditum, excurrere, & inter innumeros fructus, quos ejusmodi profectioes largiter offerunt, praestantissimorum Virorum amicitiam ac favorem sibi conciliare vellet; Verum omnes hasce cogitationes irritas effecit funestum de inopinata Optimi Parentis morte nuncium. Haud enim mortaliu[m] res semper ipsorum geruntur ex arbitrio, sed superiori eidemque irrefragabili subjacent dispositioni, qua[m] tamen omnia ita flectit ac dirigit, ut licet nostra non impleantur desideria, ea tamen nobis eveniant, qua[m] longe majorem nobis praestant utilitatem. Morem itaque REDEKERUS noster gessit Divinae voluntati, cumque probe intelligeret, sua jam in Patria opus esse praesentia, Lutetiae quidem per aliquot adhuc commoratus est menses, intra quos adeo secundum expertus est Numen, ut Serenissimus atque Excelsissimus Mecklenburgicorum D U X Regnans **CHRISTIANUS LUDOVICUS**, tunc temporis in Gallia praesens, Nostro non liberio[m] tantum indulgeret accessum, sed Eundem quoque singulis ferme diebus mensae suae assidere gratiosissime permetteret. Quod certe haud factum fuisset, nisi eximia REDEKERI nostri virtutes ita promicuisissent, ut tanti Principis Gratiam ac Clementissimum Affectum excitare potuissent. Interea revertendi in patriam proximavit dies, qui ex ultimis mensis Maji anno millesimo sexcentesimo octogesimo primo electus, ita tamen reditum paravit, ut ex isto quoque insignes capere posset fructus, quapropter *Argentoratum* salutavit, indeque suum ita direxit cursum, ut *Vienna* Augustissimi Romanorum Imperatoris aulam aliaque notatu dignissima per aliquot septimanarum decursum penitus cognoscere & observare posset. Cui voti sui compos factus, postea *Hungaria* anterioris, *Bohemia* & *Moravia* perlustravit urbes, ubi vis celeberrimorum Virorum colloquio & conversatione usus, donec relicto Berolino huc reversus dulcissimis suorum amplexibus redditus est, quod circa festum Michaelis anni proxime nominati feliciter contigit.

Quamvis vero rerum a B. Parente tam in urbe, quam in rure

rure relictarum facies nequaquam permittere videretur, ut Oeconomicis ac domesticis se subtraheret negotiis, neutiquam tamen eo perduci potuit, ut studiis suis valediceret: Potius novo eorundem amore inflammatus, per dies noctesque id egit strenue, ut Parentis ad exemplum suprema eruditionis solidioris conscendere posset fastigia, hinc privatim informari voluit à Doctissimo & Consummatissimo Juris Professore DN. JACOBO LEMBKENIO, qui æque de Universitate nostra quam de Civitate Rostochiensis immortaliter bene meruit. Atque sic qui egregia viderat optimarum artium emporia, in quibus uberrimos fecerat quæstus, ad præcellentem eruditionis Juridicæ thesaurum, quo omni nisu anhelaverat semper, acervos congestit studiosissime. Publicum tamen tantæ felicitati deerat officium usque ad annum millesimum sexcentimum octogesimum sextum, quo currente & quidem mente Novembr. Serenissimus Princeps ac Dominus, **DN. CHRISTIANUS LUDOVICUS,** Dux Mecklenburgensis regens gl. record. REDEKERO nostro ad justitiæ Cancellariam Sverinensem liberum concessit accessum, quo rebus expediendis eo aptior redderetur. Quâ Serenissimi Principis gratia ut actu frueretur, sine omni mora *Sverinum* se contulit. Dicti itaque mensis die undecimo in secretiori Consilio juramentum fidelitatis præstitit & sequenti decimo sexto ejusdem mensis die in ipsa Justitiæ Cancellaria certus ipsi assignatus est locus & quidem ad illam mensam, cui ordinarii assidere solent Assessores. Annum & sex in hac statione expleverat menses, intra quod tempus Cancellariam quotidie frequentaverat, & in omnibus ac singulis sibi commissis Gratioussimæ Principis sui voluntati abunde satisfecerat; meruerat itaque, ut publicum quoque extaret testimonium, quo animo erga ipsum affectus Celsissimus terrarum Mecklenburgicarum Dominus. Hic itaque nostrum REDEKERUM in numerum Consiliariorum Aulicorum Clementissime recepit, & Fidelitatis vinculo Eundem Año millesimo sexcentesimo octogesimo octavo sibi denuo obstringi jussit. Ne vero hac ratione nimis à rerum suarum cura & inspectione abstraheretur p. Defunctus, sed iisdem præesse & prædiis suis rectius prospicere posset, gratiosissime indulgit Serenissimus Princeps, ut Consiliarius noster Aulicus Rostochii vivere suisque prædiis præsentior esse posset.

Nihil jam deesse videbatur, quod ad summam REDEKERI nostri felicitatem conducere posset, quam arctior vitæ socia, hanc itaque non oculis tantum sed auribus quoque quæsit & mox invenit, Fœminam, formæ, generis, famæ ac virtutis

C nobi-

nobilitate conspicuam, Dominam ANNAM CHRISTINAM HENNINGS, Prænobilissimi, Experientissimi & Amplissimi DN. CHRISTOPHORI HENNINGII, Medici & Archiatri Holsatiæ Principis Celeberrimi filiam tunc temporis B. DN. CONRADI Koblats Viduam, quam ut in sui traheret sententiam omnem movebat lapidem. Voti v. sui compos factus, consummato Hamburgi per benedictionem sacerdotalem matrimonio, die 9. Maji, ejusdem anni, fausto auspiciatoque omine, ipso Ascensionis Dominicæ die, eandem in domum B. sui Parentis introduxit. Duas quoque ex suavissima hac Coniuge exosculatus est Filias, quarum natu minor SOPHIA AMALIA anno supra Millesimum sexcentimum, nonagesimo nata, in ipso ætatis flore, cum duodecimum nondum attingisset annum, summo cum Parentum mœrore ex hac miseriarum valle ad cœlestem emigravit patriam, die 2. Julii Anno MDCCII. Altera vero eademque natu major MARGARETHA LUCIA nascendi conditione & indolis præstantia Florentissima per DEI gratiam non solum in vivis est, sed sibi quoque quam maxime gratulatur, quod divina ex directione conjugata vivat cum Viro Illustri ac Gravissimo DN. MATTHIA CLAUSEN Serenissimi Holsatiæ Ducis Cameræ Consiliario & Quæstore Provinciali admodum conspicuo. Ex quo Coniugio, cui omnem porro divinam apprecamur benedictionem, B. Defunctus unum vidit nepotem JOHANNEM HENRICUM, Neptem itidem Lectissimam ANNAM CHRISTINAM, quibus ut fausta quævis & prospera eveniant, devotis à DEO contendimus precibus. Sic variis REDEKERUS noster divinis cumulatus beneficiis, DEO, Principi, Patriæ, Familiæ, proximo & sibimetipsi ita vixit, ut boni longæviorum Viri laudatissimi vitam, si superi exorandi fuissent, optassent. Ast præmatura extinctus est morte, cujus causam Nobilissimus atque Experientissimus Medicus, qui corporis ipsius curam in se susceperat, DN. PETERMANNUS, sequentibus delineavit verbis:

Dum observantia, qua Nobilissima Familia teneor, historiam morbi Amplissimi DN. REDEKERI, in cælo nunc triumphantis, me referre compellit; tantum deformaturus ero, quæ à die seu decimo Octobr. quo in subsidium vocatus sum, observanda venient. Diarrhœa, ut appellatur genus morbi, jam invaluerat: per alvum unà cum materia viscosa, sanguinè mixta, egerebantur quadam partes dura substantia scirrhusæ, secessus erat cum maximo cruciatu abdominis conjunctus, qui continuus vix per horæ quadrantem intermittebat. E contra ordinaria excrementorum egestio detinebatur sæpius in quintum vel sextum usq. diem: quamvis induciæ tunc dabantur mali, biduo tamen amplius non durabant. Cum presens, quo opus erat,

ad-

adhiberetur medicamentum, dolores quidem abdominis remittere ceperunt, sedibus cum excretionem materiae viscosa gradatim diminutis, atque magis magisque soluta adeo, ut aviditas quoque aliqua in cibos ferretur; Unde in spem quilibet revalescendi erectus fuit. Ast cum alvi consistencia nullo modo obtineri posset, excrementaque neque odorem neque colorem naturalem servarent, fieri haud potuit, quin quidam paroxysmus febrilis ardoris, rigoris accederet, ad quem d. XIV. Decembr. diarrhoea revertebatur secum ducens perpetuos vomitus, quibus materia solum nigra ejiciebatur. Ex his causa mortis satis apparet, quod nimirum oscula vasorum lacteorum fuerint obstructa, mesenterium induerit scirrhum, ut deficeret motus intestinorum peristalticus viscera quoque corrupta existerint, & ulcus denique in valvula, qua locatur inter intestinum colon & iliacum, subortum sit, sicuti in latere dein dextro elevatio aliqua post mortem mollis prominebat. Itaque nonnisi anima discessus, qui d. XVI. Decembr. beatus insecutus fuit, hoc malum levare poterat. Gravissimum hunc eundemque molestissimum Beatus noster summa cum animi patientia fortiter sustinuit morbum, quamdiu Divinae placuit Providentiae hunc Coeli Candidatum ad aeterna praeparare gaudia. Tandem omnibus hisce fidei & virtutis constantiaeque explorationibus optatum DEUS imposuit finem. Quem instantem animadvertens invictae fidei Heros, Anno proxime elapso, die Decembris decimo sexto, Confessionarium suum, Virum plurimum Reverendum, Nobilissimum atque Doctissimum DN. M. JOHANNEM ZEIDLERUM, ad D. Petri Pastorem Vigilantissimum aequae ac Meritissimum, nostrum in Christo Fratrem ac Fautorem Honoratissimum accersi voluit, cui horis matutinis peccata sua summa cum devotione confessus est, mox vero ore & corde gratiam divinam anhelans, sanctissima amoris erga nos Divini pignora, corpus & sanguinem Domini nostri JESU Christi sibi accelerari petiit. Sic fide in humani generis Redemptorem confirmata atque obsignata vitae suae finem expectavit intrepide, piis subinde meditationibus confortatus usque ad sextam diei antea nominati horam vespertinam, quae perfectissimam ab omnibus hujus seculi molestiis, laboribus aequae ac doloribus Nostro concessit quietem, dum placide in DEO ac Domino suo JESU Christo obdormivit, aetatis suae anno supra quinquagesimum septimo.

Nostrum nunc esset, pluribus posteritati, si quae futura est, commendare memoriam Illustris ac Meritissimi hujus Consilarii. Siquidem momente ipso DEI Spiritu, justorum memoria in benedictione conseruanda: Ast quod vires neque nostrae respondeant intentioni neque meritis sufficiant REDEKERIANIS, hoc dolemus quam maxime; siquidem haec tam

ampla, tam copiosa, tam insignia, ut aliquot chartarum foliis includi nequeant. Ne tamen injurii esse videamur in pie defuncti manes, in consignandis Excellentissimi Viri virtutibus primæ ad minimum hic ducendæ erunt lineæ. Omnibus tamen anteferri meretur haud fucata pietas, qua DEUM religiose semper coluit. Loqvuntur hanc etiam post Viri obitum omnia & singula in hac urbe DEO sacrata ædificia, in quibus ut preces ad DEUM funderet, aut pro collatis beneficiis Supremum Numen collaudaret, vel divina audiret eloquia, & quæ ad æternam animæ suæ salutem conducere possent sibi applicaret, cum reliquo fidelium cœtu frequentiores instituit conventus. Mens ipsius DEO deditissima serio averfabatur omnia quæ a moribus Christianorum jure sunt aliena. Haud poterat ullam in Religionis negotio ferre levitatem, probe conscius, ea quæ ad DEUM pertinent & æternam animæ felicitatem concernunt, haud perfunctorie, sed serio omnique cum ardore tractanda esse. De Abrahamo omnium fidelium patre sacræ testantur pagina, quod *præcepit liberis suis & domui suæ, ut custodiant viam Jehovæ ad faciendum justitiam & judicium*: Idem profecto omni jure de B. nostro pariter testari possumus; verbis etenim & factis suos edocuit vias Jehovæ, urisqve strenue, ut in iisdem quoque ambularent. Haud delectabatur hujus seculi vanitatibus, & quamvis iis nequaquam destitutus esset bonis, quibus alii ad luxum & ostentationem abuti solet, sibi tamen in illorum administratione ultra decorum & honestum nil quicquam indulgebat. Probe agnoscens, de his omnibus DEO aliquando reddendam esse rationem; hinc per ipsas hujus seculi illecebras semper suum ita instituit atque direxit cursum, ut major haberetur animæ quam corporis cura, & quæ æterna sunt præferrerentur incertis atque caducis. Neque deposuit hunc pium cordis sui erga Deum affectum, cum negotiis admotus viveret aulicis & in publicis versaretur quotidie. Alienissimus erat à mente illorum, qui opinantur, DEO fideliter inservire haud posse, qui hujus seculi tractant negotia. Voluit enim hujus Universi Dominus, ut hominibus consulatur per homines, unde & illi, qui Rerum-publicarum commoda & emolumenta promovent, satis recte suas ineunt rationes, si modo normam justi & recti sequantur. Quod ipsum summa cum alacritatē semper præstitit pie defunctus, unde Principibus suis non minus quam DEO charus fuit. Summa erat in consiliis penes ipsum probitas, accedebat ferrea in illis expediendis industria, valebat in penetrandis dissolvendisque difficultatum nodis judicio exactissimo, in tuenda vero nec minus asserenda justitia incorruptum fervidumque adhibebat studium. Videbatur quidem

dem ab ipsa natura ad ejusmodi negotia tractanda natus factusque, ipso insuper usu & consuetudine expolitus; verum maximam omnibus Vir Illustris actionibus conciliabat gratiam, quod serio religionis sensu se duci pateretur. Principes suos tanquam DEI in his terris Vicarios demississima subiectissimaque suspiciebat humilitate, non perverso adulandi studio ductus sed vero Veri Numinis sensu motus. Adversus omnes, quibus cum agendum ipsi versandumque erat, ita humanitatis officiique plenus fuit, ut hac in virtute nemini facile cederet. Alienus quippe erat ab omni arrogantia & fastu, qualia vitia sordidis tantum hominibus, qui neque summi Numinis neque suimet ipsius justam habent cognitionem, adhærere solent. Gravem se nemini exhibuit unquam; Quotquot ipsum accedebant excipiebantur comiter, neque excipiebantur tantum, sed instruebantur quoque consilio & ope quam solertissime. Officiis Mariti & Parentis haud unquam defuit: Norunt hoc omnes qui intimiori ipsius dignati amicitia; qui admirati sunt Viri hujus Dextrarum candidum integerimumque erga Conjugem suam affectum, & amorem vere Paternum non in Filias tantum à se progenitas, sed in illas quoque, quas ex priori ipsi adduxerat matrimonio Lectissima thori Socia. Qui sanctum amicitiae semel cum REDEKERO nostro inierant fœdus, nullo recedendi desiderio tacti, fortioribus indies constringebantur humanitatis & charitatis vinculis. Erat Ipsi in conversando vis quaedam propria & singularis alliciendi & devinciendi omnium, quos ad se trahere cupiebat, animos. Ipso ex vultu mira elucebat gratia & comitas eaque non affectata, non ficta, sed pura & nativa, ut haud facile inventus, qui hac in parte palmam ipsi dubiam reddere ausus fuerit. Neque fallebat quempiam externa species, aut sermonum, quos proferebat, suavitas; haud enim aliter loqui aliter verò sentire didicerat: sed ipsa cordis interiora patebant ex oculis, verbis & gestibus. Neminem unquam offendebat certo ex animi proposito: Sed si alii fecissent, nullas quærebat ulciscendi causas, dimittens potius offensas, injuriis ultro dissimulatis. Hoc unicum impensissime optabat, ut vitam suam ad Divinae Voluntatis regulas sic instituire posset, quo DEO hominibusve placeret in omnibus. Eodem pietatis affectu stimulatus, erga subditos & quotquot suo habuit in servitio, talem se gesit, ut non tam Dominus quam omnium Pater esse conspiceretur. Quoties immorigeri & refractarii coercendi erant, justa, quam merebantur, animadversio, commiserationem non minus spirabat quam severitatem aut indignationem. Qui verbis se emendari admittebant, nulla sentiebant verbera aut duriora experiebantur coercionum genera. Omnes verò, quos quamprimum se deliquisse poenitebat, gratiam impetrare poterant

D

poterant

poterant & veniam; probe intelligens; neminem esse mortalium, qui non quotidie DEUM offenderet & peccatorum suorum remissionem querere haberet opus. Unde REDEKERUS noster in eo suae rectissime consuluit animae, quod non aliarum tantum actionum sed suarummet quoque frequentissimus extiterit censor, eandemque, quam animarum Curatoribus DEUS benignissime concessit clavium potestatem in dubium vocaverit nunquam, sed animo spontaneo eidem se submitterit semper, usus subinde verendis mysteriis, quibus animae nostrae non expiantur modo, sed ad majorem quoque & curatorem sollicitantur vitae sanctimoniam. Neque omni hic praetereundum est silentio, quod Inclytus noster Consiliarius personas, quas jura vocant miserabiles, promptissimo suo semper levaverit auxilio, & in eleemosynis distribuendis sese pariter exhibuerit largissimum. Lapsos erigendo, & fatigatos reparando Veri & Christiani Consilarii officium ubivis explevit dexterrime. Inter haec pietatis virtutumque exercitia per res adversas sinceram B. fidem explorare plus una vice DEO placuit; Verum quoties istas expertus est, patienter & aequo animo paternas tulit castigationes, omniaque Summi Numinis commisit arbitrio, auxilium & solamen submittere petens & confidenter sibi promittens. Serio DEUM diligentibus omnia in bonum cedere, optime intellexit. Plura adhuc posteritati commendanda essent probitatis REDEKERIANAE documenta, nisi unusquisque ex haecenus allatis ultro colligere quiret, illustrem hunc Virum, perfectissimum, quantum in hac inferiori scena conspiciendum dari potest, omnium virtutum praebuisse exemplar. Vixit, non in obscuro, sed in luce, nostris quotidie obversatus est oculis; Nemo tamen unquam, ipse in verbis vel factis quicquam deprehendit animadversione dignum. Utinam DEO placuisset longaviolem ipsi concedere vitam! Erat etenim Familiae suae Decus; Ornamentum & urbis & orbis; Utque multa paucis exprimam, afflictorum praesidium & egenorum solatium: Vir vere illustris. Et quid non dicendum de insignibus Beati REDEKERI in Academiam nostram meritis, quam tanto semper complexus est amore, ut membris ejus usque ad extremum vitae halitum annumerari voluerit. Innumera prostant affectus Viri Integerrimi in Literatos literarumque cultores documenta. Publicos si nominaverimus Academicos actus, sive oratorios sive disputatorios; sive solennes sive minus solennes; Ipse fulgida sua praesentia eosdem reddidit illustriores, nec iisdem sese subtraxit, nisi adversa ipsius valetudo suam nobis invideret praesentiam, aut graviora ipsi impedimento essent negotia. Inprimis teneriori ferebatur affectu in quoscunque elegantioris literaturae cultores, hos fovebat, hos alebat, his liberrimum ad aedes suas permittebat accessum, & ut

Musica

Musicam tam Vocalem quam instrumentalem ibidem exercerent, liberalissime concessit; colloquendi insuper potestate omnibus facta, ut hac ratione animi seriis nimium intenti quandoque remitti, & per honestas ejusmodi recreationes ad novas subeundas difficultates studiorumque molestias perferendas eo fortiores & alacriores redderentur. Sic REDEKERUS noster, amor & deliciae juventutis exitit Academicæ, omnibus gratus, nemini molestus: Cujus maxima semper fuit voluptas, aliorum inservire commodis, & illorum provehere conamina, quibus propriis viribus in altum feliciter exurgere haud erat permiffum. Omnia illa, quæ hæcenus recensuimus, eo intensiorem merebantur admirationem, cum ab externorum quoque morum suavitate singularis Viro huic accederet gratia. Sunt quidem virtutes optimum vitæ viaticum; in prosperis ornamentum; in asperis refugium; si tamen absque externis in quopiam conspiciuntur moribus, suam quodammodo amittunt gratiam & laudem. Sunt instar vini generosi, quod in vase oblatum viliori & conspurcato, parum appetitum movet; si vero in vitro propinetur nitido & artificiose exsculpto, delectat non minus quam recreat. Nihil itaque in hoc Viro desiderari poterat. Notum est, nobis etiam non morientibus, omnibus, qui vel urbem nostram incolunt, vel in Ducatu Mecklenburgico vitam degunt illustriorem, aut etiam vicinarum terrarum sunt homines præstantes, quanta Ejus fuerit in judicando Dexteritas, in consulendo prudentia, in officio vigilantia, in commerciis integritas, in dandis liberalitas, in colendis amicitiiis constantia, inque omni virtutum studio indefessa occupatio. Quis itaque, talem nos amisisse Virum, non acerbe doleret? Sentit vulneris sibi infligti atrocitatem Mœstissima Vidua, quæ nunc iterata vice Marito se orbatam conqueritur, ingemiscit. Innumeris Optimi Parentis præmaturam deplorat lacrymis mortem, unica, quæ superstes est, Filia Luctuosissima. Nec in hunc usque diem à mœrbre sibi temperare possunt Privignæ afflictissimæ, quæ non Vitricum, sed Patrem in REDEKERO nostro semper habuerunt benevolentissimum, Vultu in terram demisso incedunt, quibus ista olim contigerat felicitas, ut REDEKERUM Socerum suum salutare potuerint. Atrato hodiè conspiciuntur indumento & nequaquam levi afficiuntur, tristitia, qui vel sanguinis propinquitate vel affinitatis nexu REDEKERIANAM attingunt Familiam. Compuncti sunt hujus Urbis & Provinciarum Mecklenburgicarum non Proceres tantum, sed mediæ quoque & infimæ conditionis homines, quod tantus occubuerit Vir, qui suavissimo virtutum suarum odore, omnes in sui vel amorem, aut admirationem, aut venerationem pertrahere solitus erat. Herum suum plangunt & lugent, quotquot ipsius subjecti fuerunt dominio aut ipsi præstiterunt servitia. Vix enim sibi promittere possunt, se unquam in herili affectu REDEKERO inventuros esse parem. Quam molestum verò de obitu Magni hujus Literatorum Patroni nuncium futurum sit, vel

etiam jam fuerit, illis; quibus olim concessum erat Ipsius frui confortio, aut gratam instituunt beneficiorum in se collatorum recordationem, facile divinare licet. Trifolium illud Commilitonum quondam meorum Academicorum, FECHTIUM, SCHUTZIUM & JAUCHIUM, candida ista pectora, nominasse sufficiat; Certissime persuasus sum, si memoriam refricent amœnitatum illarum, quibus largiter olim in ædibus REDEKERIANIS refecta fuerunt, nil quicquam hoc nuncio ipsis evenire posse magis ingratum & acerbum, si infausta eorum excepero fata, qui jure primas in amore tenent partes. Haud inculpare audemus lugubres, quæ hodiè ubivis personant, voces, nec improbare lacrymas, quæ imbrium instar cadunt. Non enim ex infima aut inutili quispiam cecidit plebe; non obscuri nominis occubuit Vir, sed stemmatum gloria inclytus & propriorum meritorum laude Illustris, qui meruit, ut publicus institueretur luctus, utqve amarus audiatur fletus. Tanti enim Viri occasum æquo animo nemo fere in hac urbe ferre potest: Academia verò Fautorem & Amicum sibi ereptum cernens, non minorem sentit dolorem, quam quis, si membrum idque præstantissimum corpori suo abscissum intuetur tristis. Ast quid faciendum est nobis, quibus nulla relicta est recuperandi REDEKERUM spes? Ipse ad nos redire abnuit, mortalem cum immortalis commutavit vitam, gloriam consecutus est immarcescibilem, lætatur quam maxime, quod ærumnosæ huic vitæ valedixerit: Et si verum, ut fas est, fateri volumus, sui causa nullis nostris indiget lacrymis, sed votivas meretur acclamations. Quod lugemus, quod dolemus, nostrum redolet interesse. Generosæ autem animæ amicis suis congaudere solent, etiamsi horum ex salute non minima sed maxima sentiant incommoda. Imitemur itaqve hanc veram genuini amoris indolem & si nostrum erga beate defunctum testari velimus affectum, imo in DEUM pietatem; acquiescendum erit in divino beneplacito, & quod certam minimeq, fallacem concipere possimus spem, REDEKERUM nostrum in Domini sui introivisse gloriã. Imitemur insuper virtutes olim in Viro Illustri conspicuas, præprimis certemus certamen illud fidei quod egregiè certavit pie defunctus, sic nobis aliquando concedetur facultas, revisendi illum, quem hic squalidis amisimus oculis. Unicum quod piis ipsius adhuc debemus manibus, est, ut examine Consiliarii pie defuncti corpus ad destinatum quieti locum frequentes comitemur. In proverbio dici solet: *Cam moritur dives, concurrunt undiq, cives.* Non æque hoc volo, ut respiciamus ad opes & honores Viri quondam Amplissimi, sed æquum est, ut perpendamus, quantas sibi virtutum acquisiverit divitias, qui hodie ultimum pietatis nostræ à nobis exigit officium. Agite itaq; *Cives Academici Honoratissimi*, quantumq; Consiliario debeatis, etiam ei, qui Vobis nullis fuit à consiliis, esse tamen potuit, quantum virtuti & prudentiæ, quæ in hoste etiam, nedum in literarum bonarum Fautore perpetuo diligenda atqve honore afficienda; quantum deniqve Hæredum Illustris REDEKERI conceptæ de humanitate vestra opinioni & humanissimæ nostræ petitioni tribuatis, reapse ostendite, & hodie post horam primam Amplissimo quondam Consiliario exequias frequentes ite, optimeq; valete.


P. P. Sub Sigillo Univ. Rosloch. d. 28. Majj Anno MDCCXVI



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



LBMV Schwerin 33
000 184 241





etarum facies nequaquam permitttere videretur , ut
 nicis ac domesticis se subtraheret negotiis , neutiquam
 perduci potuit , ut studiis suis valediceret : Potius
 rundem amore inflammatus , per dies noctesque id
 nue , ut Parentis ad exemplum suprema eruditionis
 conscendere posset fastigia , hinc privatim informa-
 t à Doctissimo & Consummatissimo Juris Professore
 ACOBO LEMBKENIO , qui æqve de Universitate
 uam de Civitate Rostochiensis immortaliter bene me-
 Atqve sic qui egregia viderat optimarum artium em-
 in quibus uberrimos fecerat quæstus , ad præcullen-
 ditionis Juridicæ thesaurum , quo omni nisu anhelave-
 er , acervos congeffit studiosissime . Publicum ta-
 felicitati deerat officium usque ad annum mille-
 um octogesimum sextum , quo currente &
 membr. Serenissimus Princeps ac Dominus,
TIANUS LUDOVICUS,
 nsis regens gl. record. REDEKERO nostro
 riam Sverinensem liberum concessit acces-
 xpediendis eo aptior redderetur. Quâ Se-
 gratia ut actu frueretur , sine omni mora
 . Dicti itaque mensis die undecimo in se-
 ramentum fidelitatis præstitit & sequenti de-
 mensis die in ipsa Justitiæ Cancellaria cer-
 st locus & quidem ad illam mensam , cui or-
 ent Assessores Annum & sex in hac statione
 , intra quod tempus Cancellariam quotidie
 in omnibus ac singulis sibi commissis Gra-
 sui voluntati abunde satisfecerat ; meruerat
 m quoque extaret testimonium , quo animo
 s Celsissimus terrarum Mecklenburgicarum
 aqve nostrum REDEKERUM in numerum
 licorum Clementissime recepit , & Fidelitatis
 Año millesimo sexcentesimo octogesimo octa-
 ringi iussit. Ne vero hac ratione nimis à
 ra & inspectione abstraheretur p. Defunctus,
 e & prædiis suis rectius prospicere posset,
 lfit Serenissimus Princeps , ut Consiliarius
 ostochii vivere suisque prædiis præsentior

esse videbatur , quod ad summam REDE-
 tatem conducere posset , quam arctior vitæ
 non oculis tantum sed auribus quoque quæ-
 t, Fœminam, formæ, generis, famæ ac virtutis
 C nobi-

